

Werk

Titel: Speculum Jesuiticum, hoc est, Demonstratio Esauitic[a]e profanitatis, Pelagianae

Untertitel: 1. Ethnicos fuisse naturaliter Christianos. 2. Fundum articulorum fidei esse rationis non renatae notiones. 3. Causam reprobationis impiorum esse Solam Dei voluntatem: Deum esse misanthr^opon, peccati autorem

Autor: Zephyrius, Ernestus

Verlag: Schurerus; Gorman

Ort: Witebergae; Witebergae

Jahr: 1607

Kollektion: VD17-nova

Gattung: Ordensliteratur:Jesuiten

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN668481412

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN668481412>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=668481412>

LOG Id: LOG_0031

LOG Titel: Sectio III. Offerens Honorariu Gretzero pro scelere, quo Reverend & Clariss. viris ...

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Infitium: tanquam inter fidelem & infidelem, blasphemum & non blasphemum, Θεόλογον καὶ ἀθεόλογον, ἄθεον, Suis arm, suem, & hominem.

SECTIO III.

Offerens Honorariū Gretzero pro scelere, quo Reverend. & Clariss. viris Dn. D. Polycarpo, nec non D. Mylio seditionis crimen falsò intentat.

MAbomet, in sua conscientia convictus & constrictus, de suorum libro. Luch. Tomorum mendacijs copiosissimis ipse testi. 8. len. p. 25. testimonium perhibuit: Scripsit ille librum, continentem duodecim millia verborum. Admirantes autem quidam, & de veritate illorum quarentes, accipere responsum à mendace, tantum tria millia esse vera, reliqua plene &

nè & planè esse mendacia. Hinc deprehensa vel ostensa in illo libro falsitate, dicunt Sarraceni: Ipse Mahomet dixit, non omnia esse vera, & ea ex parte mendaciorum est etiam hoc ipsum, quod modò reprehenditur.

p 17. Pane.
Mesen.

Nulli meherclè libro hæc accommodari poterunt melius, quam tractatui Gretzeriano in quem jam calamum stringo: Conatur ille B. Luthero & Mahometi nequitiam affricare, verùm manifesta falsitate. Bellarminus enim jam dudum, ut supra patuit, se & reliquos Suias ad Mahometi scholam, ad naturalem, Iudaicum, Turcicum Christianismum detrusit. Boni igitur consulant Naturales Christiani, Mahometani Suiæ, picturam Esauiticae veritatis, à proavo ipsis relictam.

Mentiris splendide Gretzere, ita de viro Rev. Dn. D. Polycarpo, nec non clarissimo D. Mylio præter verum & omne meritum scribens. p. 527. Honorarij Polyc. Tam innocens es ab hoc crimine, (scilicet seditionis) quam insons
olim

olim præco Myllerus à scelere turba-
tæ quietis & pacis in Augustana Re-
publica.

*Accusat Gryzerus, mollior muli-
er, viros cordatos, constantes, Heroes
Theologicos, seditionis propter verita-
tis sincera præconium & Heroicum pie-
tatis Zelum; Beatus Lutherus ad cap.
6. Gen. p. 91. fatetur, se eandem cum D.
Mylio expertum fortunam, & perturba-
torem Germania; virum rixarum vo-
catum à Pontificijs. Nos ait, hodie quo-
que habemur pro conturbatoribus Ger-
mania, sed bonum signum est, cum ho-
mines nos damnant; & vocant rixarum
autores. Talis enim Spiritus Dei est, qui
cum hominibus rixatur, eos arguit &
damnat.*

*Miretur orbis Christianus, Iesuitas
alios vocare autores seditionis, cum ipsi
pejoris criminis rei sint. Bellarminus
enim insigniter in Ecclesia statu est se-
ditiosus, Christianorum regalia cœlestia
ad Ethnicos, non renatos transferre laz-
borans;*

Græ.

Gretzerus similiter seditiosus est, pacem Ecclesie interurbans, dum Christianam religionem ab illis, quos Bellarminus vocat Patriarchas hereticorum, vult arcessere, & sic Ethnicis seditiosis in civitatem Domini, impetum facienti viam sternere. Hæc, hæc prima est, primas ante omnia scelera obtinens, Diabolica seditio.

Obijcis Suita Gryzere vocem Baaliticam Dn. D. Polycarpo, item D. Mylio hanc: Tu es qui perturbasti Israel; qui pacem Brunsvuiga, item Augusta interpellasti.

Egregium hoc est honorarium tantis viris Theologis Heroibus indignum. Recoque mendacij cramben Suita, per jugulum tibi ab Elia quasi retorsam: Tu Gretzere perturbas Ecclesiam: Tu es sceleratè seditiosus, qui in colloquio Ratisbonensi Spiritui sancto litem movere, & de ejus impotentia stentorea voce proclamare ausus es. Quod si libet seditiosis reos veritatis pracones arguere, Gretzere, a-
ge O-

ge Origenem etiam dicas scelestum, seditionisum, quem (ut habet Eusebius lib. 6. cap. 3.) simili modo tota civitas Alexandria non amplius tenere & tueri potuit, propter infidelium turbas, & insidias ipsi juveni proprijs in adibus struētas. Item Athanasij ab Arrianis seditionis falso accusatum; Sozomen. lib. 3. cap. 8.

Non incommodè ad retundendam sceleratam Suite calumniam afferri hoc loco potest exemplum Herodis, qui (teste Iosepho lib. 18. cap. 7. Antiq. Eusebio cap. 11. lib. 1.) sub pallio fictæ seditionis, verum Dei præconem, Iohannem ad carceres damnavit, ausu sanè Suitico Grezzeriano. Vide quæso, benevole lector Lutherane, effigiem $\pi\epsilon\acute{\alpha}\zeta\epsilon\omega\varsigma$, & calumniarum, Iesuitarum, penicillo Chemnitiano depictam: sic ille Theologus incompar. Harm. Evan. scribit:

Causam captivitatis Baptista Evangelista hæc fuisse describit, (vid. veritatis & legis prædicationem) Iosephus. aliam causam assignat, quod scilicet Herodes

rodes timuerit, cum tantus populi concursus fieret ad Iohannem, ne vel ipse, vel saltem varium & mutabile vulgus per seditionem res novas tentaret.

Sed, sicut Polybius de bellis Romano: ait, aliud esse αἰτία, aliud πρῆξαισιον. Ita vera αἰτία captivitatis Baptiste fuit, quam Evangelistæ describunt, pretextus verò, quo Scelus illud Herodes excusavit ille fuit, quem Iosephus describit: Atq; ita conditio Baptistæ planè similis est Eliæ: Imò similis est omnium ministrorum verbi conditio: Semper enim in persecutionibus pretextus est metus seditionis: Nam & hunc Iudæi voluerunt titulum esse crucis Christi. Et species illa siue pretextus ille, magis excruciat, quàm ipsa persecutio: Quando talis hypocrisis pretextum aliquem persecutionis spargit, ita occupantur animi hominum, ut in publicas historias, tanquam vera causa à Iosepho relatum sit illud, quod Herodes falsò pretendebat. Et Pharisei, penes

Sic Iesuite
hodie, Phari-
sæi posthumi.

nes quos in Iudaismo summa erat verū,
 odio ministerij Baptiste, violentiam He-
 rodis dissimulant, & ita confirmant fal-
 sam illam sive suspicionem sive accusa-
 tionem, qua Herodes Iohannem pra-
 gravabat: vulgus Iohannem ut Pro-
 phetam habebat, sed quia ad suspicio-
 nes, praecipue contra Ministros verbi,
 patular aures habet, nutat & variat.
 Phariseis usq; adeo non displicuit illud,
 ut statim coeperint agitare consilia, de
 opprimendo etiam Iesu, sicut Iohan. cap.
 4. v. 1. ait. Haec enus ille.)

Sic hodie
 vulgus Pō.
 tificium.

Speculum hōc habes, Lutherane,
 Christiane, Esauiticae crudelitatis, crude-
 litatis, calumniae. Iesuita enim, recen-
 tiores Pharisei, gaudent sub veſtigiis
 seditionis optimos Theologos, carceri
 includi, vel furtim raptos Papa trans-
 mitti, Vulcano offerri, & sic consequen-
 ter ipsi etiam, Domino Iesu insidias
 strui. Papa egregie Herodianis fungi-
 tur partibus, interim acclamantibus
 Suis, Recte, recte agis, sancte Pater,
 quod pro scelere turbatae pacis hunc i-
 gne

gne mactandum, ustulandum, iubes.

Bene est, scelerati Suita, implete mensuram iniquitatis, crudelitatis, calumnia, Hypocrisis Pharisaeica: valete instar Herodis, valete cum Patriarchis vestris Pharisaeis. Vale invalidè Gryzere. Nunquam aliquid valebit apud pios Christianos tua scelerata calumnia.

Sed quid Honorarij loco reponam Gryzero pro hoc calumniandi scelere?

Accipe, quaeso, Suita vitulum illum Papalem semimonachum à Luthero Tom. 2. len. p. 270. depictum: In eo invenies vivam tuam effigiem.

Verùm quid irascor sceleri blasphemi, impij, seditiosi, exitiosi scurra Gryzeri: Refutata est calumnia mera & mira Dei providentia: Refutata item Dn. Polycarpi integerrima, à scelere seditionis alienissima, vita, Brunsviga, imò toti Saxoniae notissima, nec non nuper emissa strenua Anticretzeriana. Obmutescite igitur blaspheme in Spiritum

Sano

Sanctum Gretzere, capesse, Epilogi loco, strenam hanc Apostolicam. 2. Theff. 3. v. 1.

Quod superest fratres, orate pro nobis, ut sermo Domini currat, & glorificetur: ut eripiamur à turpibus & sceleratis (sic enim Beza, Iesuitarum socius vertit) hominibus, Esauitis.

Nec inefficax erit hac Paulina predicatio: Crede Gryzere: Theodoretus enim lib. 3. Hist. Eccles. cap. 24. ideam eventus tibi, Suita, dudum depinxit, in exemplo Iuliani, ita scribens: Ajunt desprecantem Sabam cum lachrimis supplicantem Deo, subito represso fletu, lachrima repletum & vultu hilari fuisse: causam verò gaudij hanc dedisse: Súc agrestem, vastatorem vineæ Domini pœnas exolvisse injuriarum erga Dominum, & nunc jacere mortuum, nec amplius ab ejus insidijs esse metuendum.

Ecclesia vera simile Epitaphiū Gretzere & Bellar-

Vade, vale invalidè, ne zeù valens zeù' or. Gryzere, blaspheme, obmutescè

sus rancida, & sordida adhuc sordescet, ut tibi & reliquis Suis conveniat dictum Petrinum 2. Epist. cap. 2. v. 22. Accidit eis (Esauitis) quod vero Proverbio dicitur, canis reversus est ad suum vomitum, & sus reversa est ad volutabrum cœni.



Speculum

Hæreticorum, Esauitarū, cum primis Tanneri & Gretzeri, in Spiritum sanctum blasphemi, ab Eusebio lib. 5. cap. 27. suspensum & relictum.

SACRAS scripturas audacter depravarunt, veteris fidei canonem abrogarunt: Christum ignorarunt, neque